

PROOEMIUM

De Natura & Constitutione Logicæ.

De Natura & Constitutione Logicæ V. not.

{ *ἡτυμολογία* seu unde dicatur Logica? R. LOGICA dicitur ἀπὸ τοῦ λόγου
 sc. ἐν ὁμοίᾳ ἃ ratione, quam informat ac perficit. Vulgo dicitur
 hæc disciplina DIALECTICA ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι h. e. differere, col-
 loqui cum aliquo.
 2. Quomodo differant Logica & Dialectica? R. LOGICA se habet ut
 Totum, nec tantum de probabilibus, sed etiam de necessariis agit. DIA-
 LECTICA verò se habet ut pars, quæ agit tantum de Topicis & pro-
 babilibus.

II. *Definitio.* LOGICA est habitus intellectualis instrumentalis mentis nostræ discursum informans, ut ipsa verum à falso accuratè discernere possit.

III. *Subiectum,* quod est vel
 { *Inhesionis,* quod est intellectus humanus, cui Logica subjectivè inest.
Operationis sive *Objectum,* quod sunt res omnes, quatenus notionibus secundis
 substant. (*Res omnes* sunt materiale seu res considerata; *quatenus substant*
notionibus secundis est Formale seu modus considerandi.

IV. *Finis,* qui est vel
 { *Internus;* qui in ipsa arte comprehenditur, est Syllogismus, ad quem ferè omnia
 in Logica referuntur.
Externus, qui quasi extra artem positus, est discernere verum à falso.

COMMUNEM, quæ explicat ea,
 quæ formæ Syllogismi inser-
 viunt & subdividitur secun-
 dum triplices operationes
 mentis in tres Tractatus.
 1. De prædicabilibus & prædicamentis, quæ per-
 tinent ad primam mentis operationem, quæ
 rem sine affirmatione & negatione cognosci-
 mus.
 2. De Enunciatione, quæ pertinet ad secundam
 mentis operationem, quæ aliquid alicui at-
 tribuimus: vel ab eo removemus.
 3. De Syllogismo formaliter considerato, qui
 pertinet ad tertiam mentis operationem, quæ
 ex una vel pluribus propositionibus alteram
 colligimus.

PROPRIAM, quæ explicat ea, quæ materia
 Syllogismi inserviunt & subdividitur se-
 cundum triplicem Syllogismi materiam
 in tres Tractatus.
 1. De Syllogismo Demonstrativo,
 qui fit ex materia necessaria.
 2. De Syllogismo Dialectico, seu
 Topico, qui fit ex materia pro-
 babili.
 3. De Syllogismo Sophistico, qui fit
 ex materia falsa speciem veri ha-
 bente.